Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Vixit iared centum sexaginta annis duobz ⁊ genuit enoch. ⁊ uixit. Iared postqm̃ genuit enoch octingentis annis ⁊ genuit filios et filias. Et fiũt sunt omnes dies iared nongenti sexaginta duo anni ⁊ mortuus ē. Lectio iij.

Enoch uixit sexaginta quinq̃z annis. et genuit mathusalam. Et ambulauit enoch cum deo. Vixit enoch postquam genuit mathusalam trecentis annis ⁊ genuit filios et filias. Et fiũt sunt omnes dies enoch trecenti sexaginta quinq̃z anni ambulauitq̃z cum deo ⁊ non apparuitq̃z tulit eum dominus. Lectio tertia.

Vixit mathusalam centum octoginta annis ⁊ septē genuitq̃z lamech. ⁊ uixit mathusala postqm̃ genuit lamech septingentis octoginta duobz annis et genuit filios et filias. Et fiũt sunt omnes dies mathusale nongenti sexaginta nouem anni ⁊ mortuus ē. Fer. iiij. p. pma.

Vixit lamech centum octoginta duobz annis ⁊ genuit filium uocauitq̃z nomen eius noe dicens. Iste consolabitur nos ab operibz ⁊ laboribz manuũ nr̃arũ in terra cui maledixit dominus. Lectio secunda.

Vixit lamech postqm̃ genuit noe quingentis nonaginta quinq̃z annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. ⁊ fiũt sunt omnes dies lamech septingenti septuaginta septē anni et mortuus ē. Iob. iij.

Noe cum esset quingentorum annorum genuit sem cham. et iaphet. Cumq̃z cepissent homines multiplicari super terram et filias procreassent uidentes filii dei filias hominum q̃ essent pulcre acceperunt uxores sibi ex omnibz q̃s elegerant. Dixitq̃z deus. Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est. Erunt q̃z dies illius centum uiginti annorum. Gigan